



**Chronologiae Veteris Testamenti Accvratvm Examen
Augustißimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ
Dicatvm**

Philippi, Henricus

Coloniae Agrippinae, 1637

8. Quo tempore Antiochus Epiphanes vastarit Ierusalem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64340)

P.
H. Philippi

Chronologia
vet. Testamenti

A IV

17^a

hem, de quo, versiculo præcedenti. Idem censet Petavius lib. 70. cap. 17. Rex circa annum 2. aut 3. regni sui Ierosolymam venerit, & Iasonem Pontificatum suum in ordinem sit redactus. Cæpit enim, inquit, anno Græcorum vel sequenti, & anno citicer 143. vel sequenti à Menelao decessisse. Sed probabilius, ut opinor, triennium istud supputant ex quo Iason Oriem furripuerat pontificatum. Ita Torniellus ad annum m. 388. num. 2. Eublianus ibidem num. 6. qui hos tres annos putat exactos, & quatuordecim fuisse, ex quo Iason folio Pontificio incubabat. Quam in senectutem rebus videtur Petavius in tabulis ad ann. periodi Julianæ 4538. quo scribit Iasonem Antiocho sacerdotium impetrasse, anno verò 4540. Antiochum Ægyptum duce in Ægyptum misso Ierosolymam ingressum & ab Iasone magno honore susceptum, atque anno sequenti Menelaum ab Iasone cum patre ad regem missum, & Pontificatum ad se detorsisse.

CAP. V. v. 12.

His itaque gestis, suspicatus est rex, societatem deserturos Iudæos, & ob hoc profectus ex Ægypto esseratis animâ, civitatem quidem armis cepit. Non est dubium hæc & sequentia intelligantur de clade quam Antiochus Epiphanes cepit in Urbi Ierosolymitanæ: de tempore autem huiusce calamitatis, disputat solet.

QVÆSTIO VIII.

Quo tempore Antiochus Epiphanes vastavit Ierosolymam.

ID contigisse videtur anno Græcorum 143. quia ad hunc annum referunt Hieronymus, Sallianus, Torniellus, & plerique interpretum huius loci, Hieronymus, Sanctius, &c. Quod etiam id acciderit post secundam expeditionem Ægyptum ab Antiocho Epiphane susceptam indicare videtur Iosephus in Machabæorum cap. 5. ubi cum narraisset Antiochum parasse secundam expeditionem in Ægyptum, subiicit portenta belli Ierosolymis apparuisse, Iasonem & Menelaum profugisse in arcem: tum v. 11. subtexuit. *Hic itaque gessit Iason rex, societatem deserturos Iudæos & ob hoc profectus ex Ægypto esseratis animâ civitatem quidem armis cepit. Denique malis quæ tunc Ierosolymis illata fuerant, tandem concludit, v. 21. Igitur Antiochus mille & octingentis talentis de Ierosolyma Ierusalensis, velociter Antiochiam regressus est. Nec est quod quispiam dicat bis Ierosolymam.*

ab Antiocho spoliata & Sanctuarium profano Tyranni ingressu contaminatum, idque tam exiguo tempore: quomodo enim tam cito nouis ornamentis Iudæi suum templum instruxissent?

2. E contrario vero obsistit auctoritas Liiij, qui tradit Perseo iam deuictō, Antiochum legatione Popilij coactum, ex Ægypto copias eduxisse. Constat autem victum Perseum post annum 143. regni Græcorum.

*Quomodo
Romana
Chronologia
conci-
lianda cū
Hebraica.*

3. Serarius in cap. 1. libri 1. Machab. docet Ierosolymam semel duntaxat ab Epiphane spoliata, anno Græcor. 143. Urbis conditæ 585. Olymp. 152. quarto, Antiochum duplex in Ægypto bellum gessisse, vtriusque mentionem fieri libro 1 Machabæorum; sed ibi solius posterioris finiti tempus adscribi, nempe annum 143. regni Græcorum, libro autem 2. Machab. cap. 4. agi purat de bello priori, & cap. 5. de initio & fine posterioris. Adnectit, finem huius posterioris belli in eum annum incidere, quo deuictus est Perseus: sed Liiium errasse, dum finitam hanc expeditionem narrat anno sequenti, hoc est, Urbis Cond. 586.

4. Gaspar Sanctius in cap. 1. lib. 1. Machab. Urbis Ierosolymitanæ calamitatem libro isto recensitam affirmat esse vnā eandemque cum ea, quæ lib. 2. Mach. cap. 5. describitur, & Iudæis illatam annis ab initio regni Epiphani sex euolutis, scilicet anno Græcorum 143. cum Antiochus iussu Romanorum ex Ægypto copias eduxisset, post annos, inquit, fere trecentos & quinquaginta sex, quā templum est à Zorobabele & Iesu sacerdote magno restitutum. Quibus calculis semel positis, ait principem tributorum ab Antiocho missum in ciuitates Juda anno 2. ex quo ipse Epiphanes onustus Solymitana præda in patriam redierat: quod post duos annos dierum contigisse dicitur 1. Machab. 1. v. 30.

5. Idem in communi censent Torneillus & Salius ad ann. m. 385. vbi referunt templum ab Antiocho spoliatum, & Urbem grani plaga affectam, anno Græcorum 143. post expeditionem Ægyptiacam. Quod latius explicans ibidem Salius, ait id quidem asserendum, nisi à Scriptura discedere placet: sed huic Chronologiæ repugnare Romanam, si Polybio & Liiuo credimus, quæ solutam Alexandriæ oppugnationem refert ad annum Urbis 585. Si quis Chronologiam profanam cum sacra velit conciliare, putat aram regni Græc. biennio ferius, quā fert communis sententia inchoandam. Itaque num. 17. concludit istam cladem absoluto bello Ægyptiaco contigisse: versic. 21. cap. 1. lib. 1. Machab. Ita legendum ex Græco & Latinis correctioribus: Postquam percussit Ægyptum, in centesimo & quadragesimo tertio anno. Deinde interpunctione addita: & ascendit ad Israel, & ascendit Ierosolymam in multitudine graui: nimirum circa annum 143. exeuntem & quartum ineuntem & progredientem.

6, Apud

13.
H. Philippi

Chronologia
vet. Testamenti

A 14

17^a

6. Apud Petavium lib. 13, in tabulis, res istæ intricatæ sunt, non ex
ris inscitia, sed amanuensis aut typographi oscitantia. Nam anno ante
Christum 173. ait Menelaum ab rege Antiocho Sacerdotium obtinuisse. An
seq. qui fuit ante Christi æram 172. Antiochum primam expeditorem in
gyptum suscepisse. Anno ante eandem æram 171. Iason, inquit, Pontificatus
rum à Menelao Pontificatu deicitur. Antiochus secundò in Ægyptum venisse
Romanorum Legato captis absterretur. Anno ante prædictam æram 170. quæ
annus Græcorum 143. notat Iasonem falso rumore de Antiochi obitu per
Ierosolymam cum armis irrupisse, vt narratur 2. Machab. 5. tum Antiochum
Ægypto exclusum Ierosolymam inisse, ibique crudelissime bacchanum
vata diripuisse, ex illo cap. 5. iam citato & 1. Machab. 11. Tum post beatum
nempe anno ante communem Christi æram 168. regni Græc. 145. Antiochus
Populium Legatum, cum socijs suis in Ægyptum venisse. Interim Antiochus
inquit, in Ægyptum profectus, Alexandriam ingressus templum postquam
anno Seleucidarum 145. ex lib. 1. Machab. cap. 1. Hæc inquam, intricata
obscura: sicut enim videtur Antiochus anno ante Christum 172. primam
ditionem in Ægyptum; alteram anno seq. hoc est 171. suscepisse. Deinde
lius Romanorum Legatus in Ægyptum venisset anno illo ante Christum
rursum anno 168. Ad hæc nescias inde, vtum Menelaus Iasone in oratione
redacto, intrusus fuerit in Pontificatum anno ante Christum 173. an
Cætera omitto, quæ clarius exponit idem auctor lib. 5. Rationarij cap. 7.
disertè tradit paulo antequam Ægyptum peteret Antiochus post hæc
Iasonis Pontificatum anno Græcor. 142. ante Christum 171. Menelaum
summum sacerdotium obtinuisse, Anno Græc. 143. Antiochum frustra
tis mœnibus Alexandriæ cum Pelusij validum præsidium continuisse
Ierosolymam, vt 1. Mach. 1. legitur, ibi templum diripuisse, eadem seculis
Anno Græc. 144. Antiochum aduersus Ægyptios acris bellum contempsit
Anno Græcor. 145. Legatos Romanorum post victum Perseum regem
xandriam peruenisse anno Urbis 586. & incumbentem in Urbis obsidione
Antiochum sua auctoritate repressisse. Denique eodem anno Ierosolymam
venisse Epiphanem, rapinis, cædibus, sacrilegijs Urbem vexasse, supra
altare Dei simulacrum erexisse, post duos annos ab aduentu prioris quæ
cina die Casleu. Plura ex diuersis auctorum opinionibus referre, non
videtur opus esse.

7. Vt autem hæc difficultas ritè expediatur aduerto 1. Romanorum
Perseo victoriam retulisse anno ante Christum 168. vt constat ex dactylis
la eclipsi Lunæ, quæ commissa est, nocte quæ media fuit inter 21. & 22. Junij
Junij stylo Iuliano, de quâ alibi latius disputavi, tunc iam in cultu

Vrbis 586. regni Græcorum 145. ex methodo libri primi Machab. sub initium anni 1. Olympiad. 153. L. A Emilio Paulo II. & C. Licinio Crasso Coss. 2. Anno 143. regni Græc. cœpisse anno ante vulgarem epocham Christianorum 170. quicquid nonnulli Chronologiæ præceptis non satis instructi reclamant, ac proinde, si iam tunc iussu Romanorum Antiochus soluit Alexandrinam obsidionem; Livijs biennio tardius Popilij Legationem descripsit, quam oportuisset. 3. Antiochum Epiphane[m] bis venisse Ierosolymam, ante Perseum debellatum, si Livio credimus, *primò* quidem ante primam expeditionem suam in Ægyptum: quando magnificè ab Iasone & civitate exceptus est, & inde in Phœnicem convertit exercitum 2. Machab. 4. v. 22. *Secundò* posteaquam percussisset Ægyptum, quando templum ingressus & deprædatus est ut legimus 1. Machab. 1. v. 22. utrum autem id tertio fecerit, ex dicendis patebit.

8. Hijsce animaduersis existimo in primis templum ab Antiocho spoliatum, aut saltem spoliari cœptum anno 143. Græcorum, ut docent Iosephus lib. 12. Antiquitatum cap. 7. S. Hieronymus in cap. 8. & 11. Dari. Eusebius in Chronico & auctores iam laudati. Nec dubium est, quin Epiphane[s] prius Ægyptum percussisset, quam sacrilegos angues in templi suppellectilem & thesauros inijceret, ut liquet 1. Mach. 1. v. 21.

Quando templum spoliatum ab Antiocho.

9. Existimo 2. Livium biennij, parachronismo minimè hallucinatum, de tempore, quo Legati Romanorum Antiochum Vrbi Alexandriæ imminentem cœptis desistere coegerunt: sed eam legationem eo anno obitam quocum Perseo debellatum est, anno Græcor. 143. ante Christ. 168. ac proinde aurum cladem, lib. 1. Machab. cap. 1. vers. 22. & sequentibus vsque ad 29. consignatam, accidisse tempore medio inter primam & secundam irruptionem Antiochi in Ægyptum. Non enim apparet ratio, cur ibi ea clades recenseretur, si in annum 145. incidisset: siquidem vers. 30. subtexuntur mala Judæis per Antiochi ministros illata, *post duos annos dierum*, ex quo scilicet Antiochus percussa Ægypto Ierosolymam inuaserat, ut auctores præcitati interpretantur.

An Livius erravit in Chronologia.

10. Obijciat quispiam: ex nostra opinione, Antiochum bishostilibus armis Ierosolymam inuasisse: nimirum anno Græcorum 143. & rursus 145. Ego verò id malim admittere, quam biennij errorem Livio impingere. Sic enim ad explicandas eiusmodi apparentes antilogias, vni quandoque principi duplex initium regnandi consignamus, ut constat ex dictis in libros Regum & docet Petavius lib. 10. cap. 25. nemini mirum videatur, si cum eodem Petavio duplicem aduentum Epiphane[s] furore amentis in Ierosolymam admittamus, præter illum, quo ab Iasone magnificè fuerat exceptus, ne Chronologiam factam cum profana pugnare asseramus.

Lib. Machab.

888

11. Duo-

13.
H. Philippi

Chronologia
vet. Testamenti

A IV

17 a

*Quo sensu
Hierosoly
ma dici
posse bis
spoliata.*

II. Duobus autem modis Ierosolyma dici potest à Tertio libro
Primò, si omnia templi ornamenta anno 143. Græcorum ducta, & ducuntur
rursus anno 145. sublata dicantur. *Secundò*, si pars calamitatis istius ad annum
143. pars ad 145. referatur. Priorem modum non probolèd potest
Auctor lib. 1. Machabæorum totam eam calamitatem vno comprehensè
glomerat & temporis quo incepit notam imprimi: Auctor lib. 2. Ma-
chabæorum tam Chronicon quam rerum gestarum epitomen exhibet, in quo
indicat, quo Antiochus præiens in Ierosolymas baccharus est, necesse
secundam expeditionem in Ægyptum, ut dicebam initio huius orationis
mili quandoque interpretatione sacram Scripturam exponere. Ierem. 4.
Regum 25. vers. 8. Nabuzardan dicitur venisse Ierusalem eamque
dedisse, septima die quinti mensis: At Ierem. 52. vers. 12. hoc factum
die decima. Quia datum est huic facinori initium die septimo, hinc
decima. Vide notas in illud cap. 25. ver. 2. Pari modo 2. Paralip. 36. 1.
negotium illud de Rama in textu Hebræo & Latino refertur ad ultimum
regni Iuda ab Israele separati: in Græco verò ad 38. Quia negotium de
Rama incepit Baasa illo anno 36. sed anno demum 38. cœpit dicitur
actus est.

12. Anno 145. duobus modis Antiochus in Iudæos facinus. 1. præiens
quando in Sanctuarium ingressus est, nefandis manibus sacra vasa con-
tulit, cædesque civium exercuit. 2. Absens per eos quos Ierosolyma regere
per Apollonium, siue per principem tributorum, quem post deos an-
dæam misit, quando v.g. idolum super altare erexit &c. Quod 2. modo
rannus post secundum bellum Ægyptiacum diuexarit Iudæos, referunt
ctores libri vtriusque Machabæorum. Quod autem post hunc
anno 145. præiens idem facinus perpetrarit, auctor libri 2. Machabæorum
auctor vero libri primi neque ait neque negat. Asserere poterat: *perpetrarit*
luit: rem ipsam ætulit & primæ vicis Chronicon notam apposuit ante
gni Græcorum.

*Responde-
tur ad opi-
niones ali-
orum.*

13. Ad opiniones Serarij, Sanctij, Tornelli respondeo citatam
ab Epiphane præsentem bis vastatam fuisse, nempe anno Græcorum 143.
584. Olymp. 152. Tertio. Deinde rursus anno Græcorum 145. Verbis illis
153. primo. Bellum posterius non fuit finitum anno 143. Græcorum
Liuius non errauit, quando victoriam de Perseo inscripsit anno 168.
qui inijt anno ante Christum 168. eclipsi Lunæ, quam pro concordi-
tius Gallus imminente pugna Macedonica prædixerat, nobilitate
rarunt autem illi, qui vno anno tardius quàm nos ætam regni Græcorum
spicati sunt: quo nœuo cum non careant Annales Tornelli & Sæm.

hi sapius ab Eusebio; hic etiam à Liuiο vel inuiri abstrahuntur.

14. Ex his ferè pater, quid de Sanctij interpretatione sentiam. Fateor e-
quidem præfectum tributorum in Iudæam elapso biennio missum, postquam
Antiochus spolijs Solymitanis onustus in patriam redierat, sed prima vice: al-
tera verò similibus spolijs se implicuit, eodemque anno illum Fisco præfectum
in Iudæam amandauit, ex lib. 2. Machab. cap. 7. Quantum à Tornielli & Sa-
liani calculis meæ rationes dissideant, partim etiam memoratis, partim ex ta-
bulis annorum expanforum colligerelicet.

CAP. IX. v. 1.

Eodem tempore Antiochus inhonestè reuertebatur de Perside. Anno Græcorum 149.
ineunte, iuxta supputationem lib. 1. Machabæorum interijt Antiochus.
1. Mach. 6. v. 16. Stylo autem lib. 2. tunc in medio ferè cursu erat annus Græc.
148. ad initium Veris anni ante Christum 164.

CAP. X. vers. 5.

Qua die autem templum ab alienigenis pollutum fuerat, contigit eadem die purifica-
tionem fieri, vig. sima quinta mensis, qui fuit Casleu. Vide notas in 1. Mach. ca. 4.
v. 52. vbi hæc declarantur.

CAP. XI. v. 21.

Anno centesimo quadragesimo octauo mensis Dioscori die vigesima & quarta.

QVÆSTIO IX.

Quis hic mensis, quis annus?

1. **S**caliger asserit hunc mensem fuisse intercalarem, eo quod nullus inter
menses Græc. vel Syrorum reperitur; qui Dioscorus nominetur. Verum
quicquid sit de antecedente; hancillationem nutare, bene aduertit Serarius.
Siquidem videmus dies & menses embolymos, ordinarijs nominibus appel-
lari, sed iteratis, v. gr. bissextus Calendas Martias, Adar prior & posterior. Itaq;
probabilius est, Dioscorū siue Discorinthium mensem esse vnū ex Ordinarijs,
qui plura nomina habeat, sicut noster Iulius quintilis & Augustus sextilis nun-
cupatur. Bene etiam contra Scaliger, idem Serar. docet, hunc mensem nō fuis-
se, post autumnū brumali tempore intercalatū. Quia non videtur probabile,
tres ipsos menses qui inde vsq; ad Xanthicum effluerunt, in fœderis pactione
consumptos: cum & Iudæi & Lyfias eam pacem percuperent, neq; rex abesset
longissimè. Adde hieme illa quæ hanc tractationem pacis præcedebat, Antio-
chum adhuc in viuis fuisse, prout ex dictis suo loco patet, nec admittit Scaliger.

Non videtur hic mensis esse intercalaris.